



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Circa obtinentes pensionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](#)

bus conditionibus concessæ sint, in illas hæc videnda sunt etiam cum extre-  
adimpleuerit: & si ob aliquam causam,  
puta inimicitia, an illa cessauerit. Et  
ro noa beneficiato, ut supra  
dictum est.

## CAPUT XIII.

### Circa pensionem obtinentes.

**Q**UOD vero ad obtinentes pensionem  
aliquam Ecclesiasticam pertinet, in  
primis videndum est:

An Canonice sit imposta.

**Gig. de pensione.** An licita sit, vel illicita: quando au-  
pension. tem licita sit, vel non, tradit *Gig. in tract.*  
*e. 4. & 5.* **Spec. de pensionibus** præcipue cognoscatur, qua  
causa occasione uè imposta sit: & an ali-  
vit. &  
**Hon. Ec. ales lib.** quid Simoniacum intercesserit, & an  
*e. c. 31.* fuerit imperatum beneficium, vt re-  
nunciaretur cum pensione contra *Con-*

*sstitutionem Pauli IV.* Hoc enim casu est *Conser-*  
*excommunicatio ipso facta.*

<sup>340</sup>

An qui eas obtinent post *Bullam Py*  
*V.* Officiū Beatissime Virginis recita-  
uerint, & qui à recitatione defecerint,  
an fructus male per eos restituerint.

An Ordinatus sit ad titulum illius pē-  
sionis.

Potest etiam inquiri de illo, qui ex-  
tinxit pensionem, an cum facultate Sum-  
mi Pontificis id factum sit.

## CAPUT XIV.

### Inquirenda de Regularibus.

**Concil.** DE Regularibus à Vicario Voraneo,  
**Trid** à Parocho, & ab alijs pijs Viris in-  
**Confess. s. c.** quiret potissimum.

**Conc.** An prædicens, sine facultatis, bene-  
**Prou. 6.** dictiones uè testimonio, etiam in locis,  
**cod.** vbi spiritualem, temporalemque iuris-  
**d. fess. s.** dictionem habent.

**Cone.** An hereses, scandala, aut errores pre-  
**Prou.** dicauerint.

**Cone.** An collectam inter concionandum  
**Prou. 1.** proponant, faciantuè.

**de præ-** An concionator se ipsum commen-  
**dic. ver-** det eleemosynæ causa.

**Conc.** An publicent indulgentias sine Epis-  
**Prou. 1.** copi consensu.

**quæ ad** An professionem fidei præstiterint  
**h. Con-** omnes, qui eam præstare tenentur, vi-

delicet Professores, Concionatores, & **Cone.**  
**Confessarij** ad prescriptum *Bulla Py IV.* **Prou.**

An audiant confessiones sine faculta-  
te scripta: Est enim poena excommuni-  
cationis.

An se ingerant in casibus reseruatis  
fine Episcopi facultate contra *Confi-*  
*sstitutionem Py V.*

An relaxant publicam poenitentiam  
sine Episcopi concessu.

An conueniant ad processiones ge-  
nerales in Parochia, vel in plebe, vbi ha-  
betur Monasterium.

An in eorum Ecclesia imagines sacra-  
insolitæ pictæ sint, vel veritati non con-  
uenientes, vel alias contra Sacrum Con-  
cilium Tridentinum.

**Trid.**

**i. quæ ad**

**sac. poe-**

**nit Cō-**

**stit. edi-**

**ta die 10.**

**Aprilis**

**1572.**

**Cone.**

**Prou. 3.**

**qua ad**

**sac. poe-**

**Cone.**

**Trid.**

**seif. 24.**

**cap. 5.**

**Decl. A-**

**post. vt**

**in lib.**

**insti.**

**fol. 97.**